


NUMMVS TRIVMPHALIS

SIGISMVNDI AVGVSTI, REGIS

Poloniæ: Cufus post partam de Joanne Magno

Rufforum Principe victoriam: Anno

Christi 1564.



Sigismundus Augustus Poloniæ Rex feliciter, hoc anno, rem adversus Moscos gessit. Cum enim Joannes Magnus Rufforum Princeps Lithuanorum legatos de pace missos, dum ingentem conscriberet exercitum, aliquandiu detinisset: dimissos tandem summâ celeritate subsequitur bipartitis copiis: quarum pars, duce Serebernio Smolenco; pars Poloscâ